Fragmentarium

redemit de manu inimici de regionibus congregavit eos a so-
k' lis ortu et occasu ab aquilone et mari. Quod autem supra dixit
perimetrumque habebat unum cubitum et dimidium et nequaquam ei lati-
tudinem an amplitudinem significare addidit. Videtur
quod fundum ipsius luteris in huius rei amplitudine voluit
intellegi, quod ex mensura, ni fallor, basis suae in qua positus erat
quisquis diligens fuerit facillime conicitur, quod tradi credibitur in sum-
mitate autem basis erat quaedam rotunditas unius et dimidii
cubiti, in qua fabricata luter desuper posset inponi. Latitudo
ergo fundi in luteribus unius et dimidii cubiti. Ipsi autem
capacitas luterum quattuor habebat cubitos, sed utrum in altitu-
dine an in amplitudine an in utroque dicat, qui novit novit.
Et constituit X bases quinque ad dexteram partem templi
et quinque ad sinistram. De dextera parte templi et sinistra
nominatur in pro templo sed ante templum dicit ad orientalem
plagam iudaicae in atrio interiore quod sacerdotum pro-
prie vocabatur. Quinque autem posuit ad dexteram partem
templi propter Iudaeos qui sole iustitiae per doctrinam legis anti-
quitus uti solebant, et quinque ad sinistram propter nos qui a ceco
ductu cordis de servitute ad hereditatem vocamur eius quia iam propria
sedem mentem ad aquilonem, quod est ut predicere illis in cor-
dibus requiescere desiderio qui a luce Dei vestitatur et flamma
k' divine caritatis aliena est considero. Mare autem posuit
ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem,
et hoc in eodem atrio positum est ad orientem quod autem ait
ad dexteram partem templi hoc est quod superius dicitur: Ad me-

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Lyon, BM, 788, f. 87-88 + Paris, BNF, Baluze 270, f. 107-108.132-158, ParisBNFBaluze270_316_f150v – Bede, <i>De templo Salomonis</i>, annotated by Florus of Lyons (https://fragmentarium.ms/view/page/F-v2mv/426/6268)